



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Epistola Constantini Ad Nicomedienses.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
CHRISTI
355

EPISTOLA CONSTANTINI
AD NICOMEDIENSES.

Constantinus Augustus catholice ecclesie Nicomediensium.

DOMINVM Deum & Salvatorem Christum, &c. *Extat
supra apud Gelasium in actis Concilii Niceni lib. 3.*

EPISTOLA CONSTANTINI
AD ATHANASIVM.

Victor Constantinus Maximus Augustus papae Athanasio.

LITERIS tuæ prudentiæ perlectis, in eam veni sententiam, vt putarim te rescriptis nostris adhortandum, vt populum Dei ad modestiam & misericordiam adduceres. Meo enim in animo hæc inter præcipua habeo, vt & veritatem colam, & in mente semper iustitiam conferuem, iisque potissimum gaudeam, qui recta vitæ via incedunt. De illis autem omni execratione dignis Meletianis, immanibus, inquam, & nefariis hominibus, qui quasi infania correpti stupent, & solummodo invidia & amulatione & tumultibus ad scelera motum habent, nefariam suam mentem declarantes, ista mihi dicenda puto. Vides enim homines illos, quos ipsi ferro interfectos aiebant, in medio versari, & vita frui. Quo ipso nullum vnquam fuerit grauius præiudicium, quodque tam clare eorum causam oneret, quam eos, quos ipsi necatos asseuerabant, viuere, & luce frui, qui ipsi pro se causam dicere possunt. Deinde & id quoque additum fuit Meletianorum criminibus: te nefario impetu irrumpentem, rapientemque poculum, quod in sacratissimo loco repositum erat, confregisse: quo scelere nullum vnquam profecto grauius esse posset, si quidem id ita factum & contestatum esset.

At quodnam hoc genus criminationis? quæve ista defultoria personarum transmutatio, & reorum diuersitas, vt nunc in hunc, nunc in alium crimen conferant? quæ res ipsa luce lucidior est, ipsos tuæ prudentiæ insidias tendisse. Denique quis iam deinceps homines istos tam

Concil. Tom. 2.

Xxx